

resin aperte defensa fuit: Pontificios autem Doctores, qui in notandis & sugillandis Luthe-ri dogmatibus, ad superstitionem usque curio- si fuerunt, nihil prorsus, ante novam istam Esavitici sanguinis progeniem, de hac doctrinae parte obieciisse.

22. Viderint igitur Iesuite, qua ratione sibi cum priscis Ecclesie Catholicae Doctoribus con- veniat: viderint, quo pacto Ecclesie sua sancti- tatem, ab haeresibus & Schismatis prorsus im- munem deinceps asserere: viderint denique quâ ratione non rituum modo, sed & doctrina unita- tem ac conformitatem perpetuam Ecclesie Ro- mana posthac adscribere queant. Sed haec tan- quam ἐν παρόδῳ & παρεπιδαμῶς.

23. Ceterum Articuli huius nostri Prototypum eandem, quam reliqui sermè omnes fortunam est expertum, & paucis annis libertatis suae amis- so privilegio, virgulam censoriam, ac servi- tutem prorsus indignam perpeti necessum ha- buit.

24. Spuria siquidem illa & adulterina sive mutata Confessio, privato quodam jure usa, in ipso Prototypo quaedam prorsus expungere, nonnulla mutare, quaedam denique adijcere mi- nimè fuit verita.

25. Causas variationis istius justas & pregnan- tes si requiras, nullas profectò deprebendes, si vel
in